

10. ¶ Sexto docet esse considerandum, qd cum
in Diffinitorio sit ele^{ctio} Priorum, & Prouincialis est, qui proponit eligendum, oportere
duos aut tres nominare, & non unum solum,
vt videatur electio, vt satis prudenter consi-
deratum est ab illo quicq; losam edidit Constitu-
tionum Praedicatorum, dist. 2. cap. 3. fo. 70.

11. ¶ Praedicatorum & Confessorum Secula-
rium institutio ad Ministerium Generalem per-
tinet & ad Ministros Prouinciales & Diffi-
nitores in Capitulo Prouinciali: patet ex
nostris constitutionibus Toleti reformatis
cap. 5. Tit. de Praedicatoribus & de Confe-
ssoribus Secularium, Extravagan. Ex iis de ver-
borum significacione in, 62.

12. ¶ Tandem aduerte esse concessionem
datam à Bonifacio, 8. qd omnes Religio-
si qui interfuerint Capitulo Prouinciali
per octo dies sequentes consequantur In-
dulgentiam Plenariam concessam, Sanctæ
Mariæ de Angelis, que dicitur Porci-
unculæ: Et eandem consequuntur, omnes
visitantes Ecclesias ubi Capitulum Pro-
vinciale celebratur, & manus adiutrices
porrigunt, modo sint conuicti & confessi à
primis Vesperis, ysq; ad octo dies sequentes.
SCM Sive